

Dissertation sur l'utilité de la soye des araignées, en latin et en françois : à laquelle l'on a joint l'analyse chimique de cette soye, avec quelques autres pièces. Qui ont été faites à ce sujet / par Mr. Bon.

Contributors

Bon, François Xavier, 1678-1761.

Publication/Creation

A Avignon : Chez F. Girard ..., 1748.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/b5gv9vda>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



~~14453/B~~
L. xvi Spi

14453/B

65546

DISSERTATION

SUR L'UTILITÉ

DE LA SOYE

DES ARAIGNÉES ,

EN LATIN ET EN FRANÇOIS :

A laquelle l'on a joint l'Analyse
Chimique de cette Soye , avec
quelques autres Pièces qui ont été
faites à ce sujet.

PAR *Mr. BON* Conseiller d'Etat &
Premier Président Honoraire en la
Cour des Comptes , Aides & Finances
de Montpellier.



A AVIGNON ,

Chez FRANC. GIRARD , Place St. Didier.

M. D. CC. XLVIII.



DISSERTATION

S U R

L'UTILITÉ DE LA SOYE
DES ARAIGNÉES,

PAR MONSIEUR BON,

CONSEILLER d'Etat, Premier
Président Honoraire en la Cour des
Comptes, Aydes & Finances de Mont-
pellier, Académicien Honoraire &
Président de la Société Royale des
Sciences de la même Ville; de l'Aca-
demie Royale des Belles Lettres &
Inscriptions de Paris, & de la Société
Royale de Londres, & de celle de
l'Institut de Bologne.

APRÈS l'Étude principale que
A tous les hommes doivent faire
 de leurs devoirs essentiels, soit
 par rapport à ce qui regarde leurs Em-
 plois, soit par rapport à ce qu'ils se





DISSERTATIO

D E

USU, ET UTILITATE
ARANEARUM SERICI

A D. D. BON,

Regi à Secretioribus Consiliis, Supremæ
Computorum, Subsidiarum, fiscique
Regii Curix Proto-Præside Hono-
rario, Societatis Regiæ Scientiarum
Socio Honorario, Regiæ humanio-
rum Litterarum, & Inscriptionum
Academiæ Parisiensis, nec-non Re-
giæ Societatis Londinensis, & Bo-
noniensis Academiæ Instituti.

*UM in ea præcipuè Studia homi-
nes incumbere debeant, quæ ad
sua numerata, tum publica tum
privata ritè obeunda conferre possunt,
alia tamen necesse est ut sibi seligant;*

A ij

doivent à eux-mêmes, ou aux autres, il est nécessaire qu'ils se choisissent avec soin des amusemens aussi utiles, qu'agréables; & comme l'examen de la nature convient à toutes sortes d'état, dans quelque degré d'élevation qu'on soit, il ne faut pas être surpris que la plupart ayent donné la préférence à cette espèce d'étude, puisqu'elle a toujours été regardée comme un délassement d'esprit, & comme un moyen sûr de s'instruire en se divertissant.

En effet, quels amusemens trouverions-nous plus solides, & plus convenables, & dans quelle science peut-on faire avec tant de facilité d'aussi grands progrès? Il n'en seroit pas de même des autres parties de la Philosophie; on n'en acquiert la connoissance, que par de profondes méditations, & par un travail assidu, & pénible. Quelle différence d'études! L'une ne demande que quelques momens de loisir, & l'autre demande l'homme tout entier.

Pourrions-nous blâmer après cela ceux qui s'amusent quelquefois à développer les secrets de la nature, puis-

in quibus non fructuosè modò, sed cum quâdam etiam delectatione versentur. Nod igitur mirum si plerique ad rerum naturalium inquisitionem se se contulerint, quandò in eâ summa & honestas, & dignitas, animique libera quadam oblectatio ac relaxatis inveniantur.

Quid enim tam oblectare ac relaxare animum potest, quid tam faciles, tamque uberes & ut ita dicam tempestivos fructus afferre? Non ita in suis ceteris partibus frugifera Philosophia est, quæ si tamen aliquid confert, id sanè stat multo labore. Proh quanta studiorum dissimilitudo! Te primum delectationis causâ, cum est otium!, te totum integrumque postulat aliud.

Quis eos igitur vituperandos dicet qui quod otii datur in earum rerum quæ à naturâ involuta videtur, per-

qu'il en coûte si peu ; & doit-on se priver de pareils divertissemens ? Le moindre Insecte , la moindre Plante , une Pierre un peu extraordinaire , tout fournit de quoi rêver avec plaisir dans le lieu le plus solitaire , tout engage à admirer la puissance & la sagesse infinie du Créateur , & j'ose dire que c'est sans doute cette merveilleuse variété qu'on voit répandue dans tous ses ouvrages , qui a le plus contribué à faire reconnoître aux Payens même un premier Être , seul auteur de l'Univers.

Tous les Philosophes ; & fut-tout les Modernes , ont regardé cette science comme le fondement de la Physique. S'ils s'attachent à chercher avec exactitude des faits certains , ce n'est que pour parvenir dans les suites à la véritable connoissance des causes. L'ardeur avec laquelle l'Académie Royale des Sciences de Paris & la nôtre cultivent cette partie de la Philosophie , suffiroit assez pour en prouver toute l'utilité ; mais sans alléguer ici l'exemple de ces sçavantes Compagnies , qui semblent être engagées par leurs institutions d'en faire

quisitione libentiùs consumere consueverunt? Cum ea nullius ferè laboris sit; minima quæque, vile Insectum, tenuis Planta, Lapis quoque non vulgaris, hac animo gratam cogitandi, ac meditandi materiam, in loco etiam desertissimo præbent, hac ad Auctorem potentissimum mentem evehunt, nec dubium est quin ethnici ex eâ varietate, quam sparsam mirabantur in tot operibus, ad primi, à quo uno manarent omnia, numinis cogitationem devenerint.

Hoc maximè Phisicam niti fundamento censuerunt omnes Philosophi, ac præsertim recentiores, qui si tantoperè in explorandis, certoquè dignoscendis effectibus laborarint, in eo consilio effecerunt, ut jam detecto effectû, detegerentur & causa. Sed ut eam celebrem Regiam scientiarum Academiam Parisiensem, nostramque omittam, quarum ardentissimum erga hanc Philosophiæ partem studium illius pariter utilitatem, fructumque abundè demonstrat, ut eas, inquam, omittant, quæ ad hanc curam, operamque potissimum instituta sunt; quot Impe-

une étude particulière ; combien a-t-on vû d'Empereurs , de Rois , de Princes , & des Magistrats s'y attacher pour leur seule satisfaction ?

Alexandre en faisoit son amusement ordinaire , malgré les embarras que lui donnoit la conquête du monde ; & le fameux Aristote reçût quatre cens quatre-vingts mille écus de l'Histoire des Animaux qu'il avoit composée par son ordre. Pline ne fut pas moins récompensé pour avoir offert à l'Empereur Tite , les sçavans & curieux récueils , qu'il avoit faits en examinant la nature.

L'Histoire Profane n'est pas la seule , où l'on trouve des marques de l'attachement qu'on a eu pour ce genre d'étude. L'Histoire Ecclésiastique nous en fournit des exemples encore plus respectables , par le grand nombre de Papes & de Pères de l'Eglise , qui n'ont pas dédaigné de joindre cette étude à tant d'autres. Saint Augustin peut suffire à nous en convaincre ; toujours attentif à réprimer les erreurs naissantes , ou à instruire les Fidèles

ratores, quot Reges, quot Principes ad eam sese delectationis causâ contulerunt?

Alexander tot bellicis curis intentus, utpotè totius orbis subigendi desiderio flagrans, huic tamen studio si quid nactus erat otii collocabat: adeò ut Aristoteli ad conscribendam Animalium Historiam octingenta talenta dederit, nempe ad impensas illius operis, simul & premium. Nec minùs munificum Imperatorem Titum exipit Plinius, cum ei labores suos accuratam scilicet rerum naturalium historiam obtulit.

Neque ex profanâ duntaxat Historiâ, illustriora sunt nobis etiam, ex sacris litteris sumenda exempla, & eorum quidem, quorum veneranda à nobis, maximèque colenda videtur memoria.

Plures videmus Pontifices, plures Ecclesie Doctores, huic etiam philosophiæ parti suorum aliquid studiorum imperitentes; sed nobis unus satis fuerint Augustinus, qui quamvis totus & Infidelibus ab erroribus avertendis, iisque Christi imbuendis legibus esset, ab hoc

des devoirs du Christianisme , il s'est attaché néanmoins à cette science , & son Traité de la Cité de Dieu fait bien voir , que nous ne devons jamais mépriser de connoître ce que Dieu même a jugé digne d'être créé.

Ne cherchons pas ailleurs des exemples si étrangers ; n'en avons nous pas de domestiques en la personne de Guillaume Pelissier , Evêque de Montpellier ? N'avoit-il pas composé plusieurs Livres sur cette matiere , & le celebre Rondelet auroit-il jamais pû achever son grand Ouvrage sur les Poissons & les Coquillages , qui se trouvent dans nos Mers , sans les soins & les depenses de ce digne Prélat ? Nos Rois même se sont fait quelquefois un plaisir d'examiner la Nature ; & les Historiens de France nous assurent que François I. avoit fait de si grands progrès dans cette science sans autre étude , que celle de la conversation des Sçavants Jacques Cholin , & Pierre Castelan , qu'il n'ignoroit rien de tout ce que les Auteurs anciens & modernes avoient écrit , tant sur les Animaux , Insectes ,

studiorum genere non abhorruit opus quod scripsit de civitate des satis ostendit ea non esse nostrâ inquisitione, atque cognitione indigna, quæ Deus ipse creare non dedignatus est.

Sed hæc externa; domesticis abundamus exemplis, nam plurimos de hac eadem re à Guillelmo Pelisserio Montpeliensi Episcopo, libros editos habemus, cujus ope & curâ, egregiam illud Rondaletis de Piscibus & Conchyliis, quæ in nostris gignuntur Maribus, extat opus, quod adhuc desideraretur haud dubiè, si defuisset Pelisserius. Placuit quoque hæc Regibus nostris nature indagatio, Gallicisque mandatam Historiis videmus, eò in isto studio genere prudentem atque intelligentem evasisse Franciscum I. colloquio duntaxat Doctorem illorum Jacobi Cholini, & Petri Castellani, ut ea omnia, quæ cum in antiquiorum, tum recentiorum scriptis, de Insectis, Plantis, Metallis, ac gemmis memoria prodita essent, & meminisset, & aptè dissekeret.

Plantes , Métaux , que sur les Pierres précieuses.

Les liberalités de ce Prince envers les Gens de Lettres , attirerent dans le Royaume tant de Personnes illustres par leur savoir , qu'on lui donna avec justice le nom de Pere des Muses ; mais s'il a mérité ce glorieux titre , avec combien plus de raison ne le devons nous pas à LOUIS LE GRAND ? Occupé sans relâche de mille soins différens , qu'il est obligé de prendre pour soutenir les efforts de toute l'Europe armée contre lui , au milieu de tant de travaux , rien ne peut le détourner de cette attention bienfaisante , qu'il a toujours eüe à faire fleurir les Arts & les Sciences ; l'établissement de cette Société en est une preuve incontestable , puisqu'il a bien voulu s'en déclarer lui-même le Protecteur.

Que pouvons-nous faire de mieux pour lui marquer notre reconnoissance , que de seconder ses intentions ; C'est-à-dire , que vous , * Messieurs , qui avez été choisis pour faire l'Histoire

* *Messieurs les Académiciens.*

Hic munificentissimâ liberalitate suâ tot in Galliam ingenio ac doctrinâ prestantes viros undiquè accersivit, ut artium, masarumque pater jure ac meritò sit appellatus. Sed quanto magis LUDOVICO MAGNO hoc tribuendum, quem ab eâ in litteratos liberali benevolentia, nec totius Europa in se conjurata arma, nec tot ardui, assiduique ad hostium sustinendos, comprimendosque impetus, labores capiendi, deterere valuerunt: quod certè in hac modò erectâ ac institutâ societate elucet, cujus in fidem suam recepta, patronus unus ac tutor voluit adoptari.

Tanto ergo honore ac beneficio nos non indignos exhibeamus, sed pro virili tanti Principis desiderio votisque respondeamus: hoc dico nempe, ut vos, quibus hujusce Provincia naturalem Historiam posteritati transmittendi est cura deman-

naturelle de cette Province , vous redoubliez , s'il se peut , vos soins , & vos études pour rendre vos recherches aussi utiles que curieuses? Pour moi qui ai des occupations bien différentes , quoique je me doive tout entier à l'étude des Loix & des Ordonnances , je crois néanmoins que pour repondre à la grace que le Roy m'a faite , en me nommant Associé honoraire , avec des Personnes * aussi illustres par eux mêmes , que par leur naissance , & la dignité de leurs emplois ; je dois mettre à profit tous les momens de mon loisir , & tâcher de vous ayder , s'il m'est possible , dans la recherche de la nature. L'avantage que j'ai d'être parmi vous , doit m'inspirer ces sentimens , vous les avés toujours reconnus en moi , & vous les reconnoîtriés encore mieux dans les suites , si mon premier devoir me permettoit de donner plus de tems que je ne fais , à meriter la place , que j'occupe ici.

L'observation que j'ai l'honneur de vous presenter , à l'entière grace de la

* Messieurs les Academiciens Honoraires.

data, nova majorique si fieri possit attentione ac diligentia incumbatis operi, vesterque in dies cum utilior tum eruditis auribus dignior labor evadat. Quod ad me attinget, & si longè dissimiles occupationes totum me sibi vindicare, atque in Jure Civili; praeiisque Legibus perdiscendis asserere videantur, sic tamen existimo, non vulgare hoc Regis beneficium, quo me tot viris non solum nominis splendore; mineribusque sed propriis etiam dotibus commendandis socium honorarium adjunxit, id pro suo jure reposcere, ut, quidquid mihi otii esse poterit, in commune studium conferam, vobisque, quantum in me erit, in naturam indagandam adjutor accedam. Hanc mentem, hosque sensus vestrae societatis, consortisque dignitas in me excitat, quod nunquam defuisse vidistis, & fore in posterum amplius sanè cognosceretis, si praecipui mei muneris, officisque major posset fieri intermissio.

Quod nunc vobis inventum offero, ut prorsus recens novitatis gratiam habet, habiturum fortè majorem utilitatis. Quod

nouveauté, & peut-être fera-t-elle un jour des plus utiles ; les approbations que vous donnâtes, Messieurs, au simple recit des expériences que je projettois de faire sur cette matière, m'ont engagé à les exécuter, & c'est à vos empressements qu'on devra le détail que j'en vais faire.

On fera surpris d'apprendre que les Araignées font une Soye aussi belle, aussi forte & aussi lustrée que la Soye ordinaire ; la prévention ou l'on est contre un Insecte aussi commun que méprisé, est cause que le Public a ignoré jusqu'ici toute l'utilité qu'on pouvoit en tirer ; & comment l'auroit-il seulement soupçonné ? Celle de la Soye, toute considérable qu'elle est, a demeuré inconnue & négligée longtemps après sa découverte.

Ce fut dans l'Isle de Cos en Asie ; * que Pamphila fille de Platis trouva la première l'invention de la mettre en œuvre. Cette découverte fut bientôt connue chez les Romains, on leur ap-

* *Origine de la Soye.*

statueram experiri tot lacidibus appro-
bastis, ut ea citò exequi, ac perficere
non dubitaverim, quare si quid indè emo-
lumentum nascitur, id totum vobis, ves-
traque approbationi atque at ita dicam
prensationi referri debet.

Mirum sanè videbitur Araneas ut
Bombyces è corpore suo Filum emittere,
Sericumque, non minus pulchrum, soli-
dum, ac nitidum: quòd si nobis hactè-
nus ignotum fuerit quantum indè utili-
tatis percipi posset, id nostris certè sinis-
trâ de hoc vulgari equè ac spreto ani-
malculo malè occupatis opinione animis
tribuendum.

Et verò quis vel hoc suspicatus esset,
cùm Bombycinum sericum tanti apud nos
pretii tamdiù tamen neglectum & quasi
despectum jacuerit?

Ejus deducendi artem prima in Cos In-
sula invenit Pamphila Platis filia, hanc
mox Romani cognoverunt, delatis ad eos
Bombycibus è regione Seres, ubi non
curâ, non arte, sed à naturâ ipsa gig-
nantur: sed tantùm abest ut eam artem

porta de la Soye du pais des Seres où les Vers qui la font , croissent naturellement. Bien loin de profiter d'une nouveauté si utile , ils ne purent jamais se persuader que ces Vers produisissent des Fils aussi beaux & aussi pretieux , & tirèrent sur cela mille conjectures chimeriques ; leur ignorance jointe à leur paresse , rendit pendant plusieurs siècles la Soye d'une rareté , & d'une cherté si extraordinaire , qu'on la vendoit au poids de l'Or. Nopiscus assure que l'Empereur Aurelien refusa par cette raison à l'Imperatrice sa femme un habit de Soye , qu'elle lui demandoit avec beaucoup d'empressement. Cette rareté dura fort long-tems , & nous devons la maniere d'élever les Vers à Soye à des Moines , qui en apporterent des Œufs en Grèce sous le reign de l'Empereur Justinien , nous l'apprenons de Godefroy dans ses notes sur la Loy premiere au Code , Livre 4. *qua res venire non possunt* , & la Loy *emptori* 37. d'Ulpian §. premier au 21. Livre du Digeste , assure que le prix de la Soye étoit égal à celui des Perles.

excoluerint, ut nequidem persuadere sibi
 possent, hæc tam egregia, tamque pretiosa
 Fila è Vermium corpore, quemadmodum
 asserebatur, fuisse deducta, ut ignari sic
 negligentes, ideòque Serici panni per tot
 secula, tanta & penaria & charitas
 ut Auri ipsius pretium. Hinc apud Vo-
 piscum, Aurelianam Imperatorem vide-
 mus uxori Holofericam vestem enixè fla-
 gitanti denegare non dubitantem, usque
 adeò Holoferias vestibus, eà etiam tem-
 pestate rarum ac prorsùs insolitum fuit.
 Quà verò ratione educantur ac nutrian-
 tur hujusmodi pretiosi vermes, acceptum
 referri debet Monachis, qui eorum semen
 in Graciam, Regnante Justiniano detu-
 lerunt, quod nobis in suis nolis Lege 1.
 Cod. Lib. 4. testatur Gotofredus: & Se-
 ricum pretiosissimarum Margaritarum
 pretium adæquare, scriptum legitur ab
 Ulpiano L. Emptori 37. §. 1. ff. de
 evictionibus.

La France n'a profité que bien tard de cette découverte, puisque Henri II. porta aux noces de sa fille & de sa sœur, les premiers bas de Soye qu'on eût vû dans le Royaume. C'est à ses soins & à ceux de ses Successeurs, que nous devons l'établissement des Manufactures de Tours, & de Lion, qui ont rendu les Etoffes de Soye si communes, & qui ont pourvû si abondamment à la magnificence des Meubles & des Habits.

Tant d'exemples doivent nous faire connoître combien il est important de ne rien négliger dans l'étude de la Nature. Les choses qui paroissent d'abord inutiles, ou presque impossibles dans l'exécution, deviennent souvent très-avantageuses & très-aisées par les soins, & l'industrie des hommes. C'est le sort des nouvelles découvertes; & j'ose me flatter que celle que je propose sera reçue agréablement; l'ingenieuse Fable d'Arachné ne fait-elle pas bien voir que c'est aux Araignées, à qui l'on doit les premières idées d'ourdir les toiles & de tendre des filets aux

Seriùs in Galliam res pervenit, nam primus omnium Henricus II. tibialia Serica in filia, sororisque nuptiis gestasse fertur: hujus tamen at successorum cura debetur artis amplificatio; nam illorum ope, ac benevolentia Turone ac Lugduni instituta fuerunt celeberrime illa officina, unde tot holo Serica vestes, tot superba ornamenta ac magnifica superlectilia prodierunt, atque in dies prodeunt.

Quorsum hac nimirum in rerum naturam nihil omnino negligendum, singula accurate evolventa, solers igitur acuatur industria, multa enim, quae ne fieri quidem posse credebantur, fecimus, & ad nostros usus conduximus quae nulli posse esse usui credebantur, ita ferè contigit primò inventis, nec dubito quin istud perinde gratum ac fructuosum aliquando futurum sit. Et verò ex Aranearum labore; & cassibus, non ne & telas texere, & animalibus insidias ponere primò didicimus. Quae igitur causa cur eas in posterum eo loco non haberemus, quo & Bombyces & Apes, quae inter minima

Animaux ? Ainsi l'utilité constante que j'affure qu'on peut en tirer , les fera sans doute regarder dans la suite comme les Vers à Soye & les Abeilles , qui font de tous les Insectes les plus nécessaires & les plus admirables dans leurs ouvrages.

* Quoique l'Histoire des Araignées soit fort étendue par le nombre infini de particularités qu'on remarque dans chaque espece differente ; je crois cependant qu'il est absolument nécessaire de donner en peu de mots une idée générale & superficielle de cet Insecte , avant que d'entrer dans la description de sa Soye , je réduirai donc toutes ces especes differentes à deux principales ; sçavoir , aux Araignées à longues jambes , & à celles qui les ont courtes ; ce sont les dernières qui fournissent la nouvelle Soye dont je parle. A l'égard de leurs differences particulieres , on les distingue par la couleur ; car il y en a de noires , de brunes , de jaunes , de vertes , de blanches , & de toutes ces couleurs mêlées ensemble.

** Description générale de toutes les especes d'Araignées.*

animalia, & maximè necessaria, & in suis maximè admiranda operibus genuit natura.

Nimius fortè in *Araneorum Historiâ* forem, si qua, Cuique generi propria ac singularia sunt, vellem persequi, sunt enim & multa & varia; credo nihilominus mihi *Araneorum* operis descriptionem non esse inchoandam, nisi prius quid in hoc Insecto summatim sit cognoscendum, breviter attigero. Ad duas igitur *Araneorum* species totum hoc genus revocabo, ad eas scilicet, quæ aut longipedes, aut brevioribus instructæ sunt pedibus, quæ postrema novum hoc, de quo nunc agitur *Sericum* edunt. Hoc verò inter eas discrimen est, at variis distinguuntur coloribus, aliæ enim nigricantes, aliæ fusce, flavæ aliæ, aliæ virides, aliæ alba, plurimæ etiam omnibus his variegata coloribus inveniuntur.

On les distingue encore par le nombre & l'arrangement de leurs yeux ; les unes en ayant six , les autres huit , & les autres dix , rangés différemment sur le sommet de la tête ; on les voit assez sans aucun secours , mais beaucoup mieux avec celui de la Loupe. Ce sont à peu près toutes les différences essentielles des Araignées , les ayant trouvées semblables dans les autres parties du corps que la nature a divisé en deux. La première partie est couverte d'un test , ou écaille dure remplie de poils , elle contient la tête & la poitrine , à laquelle huit jambes sont attachées , toutes bien articulées en six endroits ; elles ont aussi deux autres jambes qu'on peut appeller leurs bras , & deux pinces armées de deux ongles crochus , attachés par des articulations à l'extrémité de la tête ; c'est avec ces pinces qu'elles tuent les Insectes qu'elles veulent manger , leur bouche étant immédiatement au dessous : elles ont encore deux petits ongles au bout de chaque jambe , & quelque chose de spongieux entre deux , ce qui leur sert

Oculorum etiam numero ac situ distinguuntur, nam alia sex, alia octo, alia decem in summo capite, variè dispositos habent, ut facillè percipi potest, præsertim adhibito ad intuendum convexo vitro. His tantùm rebus inter se discrepant, ceterà ferè similes sunt, singulis corpus in duas divisum partes dedit natura; in earum primâ inest caput, & pectus, testâ obductum, cui lateraliter adherent pedes suis singuli sex internodiis seu juncturis instructi, in anteriori verò ejusdem pectoris parte adsunt antea vulgò brachia, & ungues duo forcipis instar armati. Quibus & prædam arripiunt, & arreptam ad os, vel rostrum subjectum deferunt.

Singuli præterea pedes geminos unguiculos, quos inter spongiosum aliquid intercedit, eâ ut potè ratione, quò faciliùs per levia corpora gradientur.

fans doute pour marcher avec plus de facilité sur les corps polis.

La seconde partie du corps de cet Insecte n'est attachée à la première que par un petit Fil, & n'est couverte que d'une peau assez mince, sur laquelle il y a des poils de plusieurs couleurs; elle contient le dos, le ventre, les parties de la génération & l'Anus; je m'arrêterai à la description de l'Anus; puisque c'est l'endroit d'où les Araignées tirent leur Soye, mon dessein n'ayant jamais été d'entrer dans un grand détail, mais de parler de cette Soye & de son utilité.

Il est certain que toutes les Araignées filent par l'Anus, * autour duquel il y a cinq mamelons, qu'on prend d'abord pour autant de filières par où le Fil doit se mouler, j'ai trouvé que ces mamelons étoient musculeux, & garnis d'un sphincter; j'en ay remarqué deux autres un peu en dedans, du milieu desquels sortent véritablement plusieurs Fils en assez grande quantité, tantôt plus & tantôt moins, & c'est

* Description de l'Anus de l'Araignée.

Altera verò corporis pars à primâ altâ distinguitur incisurâ, & cum eâ tenui Filo conjuncta est, eâdemque cute obtegitur subrufâ, nigrantibus panctis notatâ, pilisque rigidioribus hispidâ, in eâ dorsum, alvus, & genitalia continentur, & prætereâ Anus, de quo uno paulò diffusius dicam, cum inde suum Aranea Sericum promant, hoc enim mihi in animo præcipuè est, ut de Holoferico ejusque utilitate diseram.

Anus extremo ventre protuberat, circa quem quinque diversa papula mammillarum instar Eminent, sphincteribus suis instructa, quibus pro necessitate foramina deducendis telarum staminibus vel constringant, vel relaxent. Duo etiam paulò interiores alios perspexi, undè multa quidem exeunt Fila, modò plura modo pauciora, quæ novum quasi vehiculum adhibent, cum fortè prioris sedis perterse aliam querunt. Filo magnâ vi ex Ano impulso pendent ad perpendiculum,

par une mécanique fort singuliere que les Araignées s'en fervent , lorsqu'elles veulent passer d'un lieu à un autre. Elles se pendent perpendiculairement à un Fil , tournant ensuite la tête du côté du vent ; elles en lancent plusieurs de leur Anus , qui partent comme des traits , & si par hazard le vent qui les allonge les colle contre quelque corps solide , ce qu'elles sentent par la résistance qu'elles trouvent en les tirant de tems en tems avec leurs pates , elles se servent de cette espece de pont pour aller à l'endroit où ces Fils se trouvent attachés ; mais si ces Fils ne rencontrent rien à quoi ils puissent se prendre , elles continuent toujours à les lâcher , jusqu'à ce que leur grande longueur & la force avec laquelle le vent les pousse & les agite , surmontant l'équilibre de leur corps , elles se sentent fortement tirer : alors rompant le premier Fil qui les tenoit suspendues , elles se laissent emporter au gré du vent , & voltigent sur le dos , les pates étendues ; c'est de ces deux manieres qu'elles traversent les Chemins , les Ruës , & les plus grandes Rivières.

hocque suspensa ventum aliquandiu spe-
 culantur, caputque ex quâ parte flat
 obvertentes, plura simul emittunt Fila,
 quæ si sorte vento, à quo distenduntur,
 ad aliquod corpus adhaerint, quod dif-
 ficiliori attractione sentiunt, sæpius enim
 hujusmodi Fila contrahunt, ac remittunt,
 hoc tunc quasi ponte juncto spatio, fa-
 cilè quò hæc adherent Fila, perveniunt;
 sin autem, indesinenter emittent, nec
 cessant donec tum summâ Filorum lon-
 gitudine, tum magnâ vi quâ à ventis
 impelluntur, corporis superato æquilibrio,
 se se attrahi sentiant, tunc primò pen-
 debant Filo statim abrupto, per inania
 nubila inverse pedibusque expansis li-
 brant, corpusque committunt ventis, sic
 vicis & vias, ipsaque flumina permeant.

On peut dévider soi-même ces Fils , qui par leur réunion semblent n'en former qu'un , lorsqu'ils sont environ de la longueur d'un pied : j'en ay distingué jusqu'à quinze & vingt au sortir de leur Anus. Ce qu'il y a encore de particulier , est la facilité avec laquelle cet Insecte le remuë en tous sens à cause de plusieurs anneaux qui y vont aboutir ; cela leur est absolument nécessaire pour dévider leurs Fils , ou Soyes , qui sont de deux espèces dans l'Araignée femelle : cependant je crois cette Insecte androgine , ayant toujours trouvé les marques du mâle dans les Araignées qui font des Œufs ; mais il est inutile d'entrer dans cette discussion , je reviens à mon sujet.

* Le premier Fil , qu'elles dévident , est foible & ne leur sert qu'à faire cette espèce de Toile dans laquelle les Mouches vont s'embarraffer ; le second est beaucoup plus fort que le premier , elles en envelopent leurs Œufs , qui par ce moyen sont à couvert du froid & des Insectes qui pour-

** Description de leurs Fils , & de leurs Coques.*

Hæc Fila , quæ simul junctæ unum efficiere videntur , nullo tamen labore distingui possunt , cùm ad pedis ferè longitudinem pervenere , & verò usque ad quindecim & viginti etiam ipse distinxì , ac numeravi . Illud quoque peculiare est , quòd in omnem partem facillimè obvertant Anum , ob plurimos annulos , qui illuc concurrunt , hinc fit ut faciliùs deducant fila , aut Sericum , quod duplicis generis esse in Araneis femineis comperi , si tamen in eis mas , & femina ; in sanguis enim genitalia , etiam in iis , quæ ova pariunt , semper animadverti , sed hæc omitto , ut ad rem redam .

Duplex igitur Abaraneis deducitur Filum , tenuis primum nec satisfirmum & ad hoc tantum utile ut telam illam sive casses conficiant , undè muscis insidientur : alterum longe solidius , quo ova sua involuta contra hiemis frigis , minimorumque Insectorum morsus , quodam quasi propugnaculo muniunt . Hæc fila , quæ sic ova nestiunt , laxiùs glomerata

roient les ronger. Ces derniers Fils sont entortillés d'une manière fort lâche au tour de leurs Œufs, & d'une figure semblable aux Coques des Vers à Soye qu'on a préparées & ramolies entre les doigts pour les mettre sur une quenouille; les Coques d'Araignées (je les appellerai ainsi) sont d'une couleur grise lorsqu'elles sont recentes; mais elles deviennent noirâtres, lorsqu'elles ont été exposées long-tems à l'air; il est bien vrai qu'on trouveroit plusieurs autres Coques d'Araignées de différentes couleurs, & d'une meilleure foye, sur-tout celle de la Tarentule; mais la rareté en rendroit les expériences trop difficiles; ainsi il faut se borner aux Coques des Araignées les plus communes, qui sont celles à jambes courtes. * Elles cherchent toujours un endroit à l'abri du vent, & de la pluye pour les faire, comme par exemple, les trous des arbres, les angles des fenêtres, ou des voûtes ou bien le dessous les entablemens des édifices.

* Lieux où les Araignées pondent leurs Œufs, & font leurs Coques.

sunt, & figuram referunt Bombycinè tunica quando lanifica digitis agitata ac mollita, distenditur, coloque aptatur. natus autem Araneorum tunica color (sic enim appellabo) cinereus est, qui deinde sub dio nigrescit; quamquam & alterius coloris. Nonnulla sunt, & ex quibus melius sericum deduci possit, præsertim ex Tarentulis, sed quia rariores, difficilius in iis experimentum, quare de iis tantum, quibus passim abundamus, quasque brevi pedes nominavimus, nunc loquamur. Eam semper stationem querunt, quò nec ventis, nec imbribus sit aditus, ideoque his sedes gratissima, arborum cava, cum fenestrarum, tum fornicum anguli, tania etiam, ibi morantur, ibi tunicas suspendunt, que deinde collectæ, novum hoc edunt Sericum communi illi, quo vulgò utimur, nihil inferius: cuicumque colori aptum est, cuicumque panno conficiendo, ex eo enim tibialia, & has, quas cernitis, manicas conficiendas curavi. Quem autem modum, quam artem in his parandis tunicis, filoque ex his educendo adhibuerim, tum accipite.

C'est en ramassant plusieurs de ces Coques qu'on fait cette nouvelle Soye, qui ne cede en rien à la beauté de la Soye ordinaire; elle prend aisément toutes sortes de couleurs, & l'on en peut faire des Etoffes, puisque j'en ay fait faire les Bas, & les Mitaines que je vous présente. Voici maintenant de quelle manière j'ay fait preparer ces Coques pour en tirer la Soye que vous voyés.

* Après avoir fait ramasser douze à treize onces de ces Coques d'Araignées, je les fis bien battre pendant quelque tems avec la main & avec un petit bâton, pour en faire sortir toute la poussière; on les lava ensuite dans de l'Eau tiède, jusqu'à ce que l'Eau, qui en sortoit, fût bien nette, après quoi je fis mettre à tremper ces Coques dans un grand Pot avec du Savon & du Salpêtre, & quelques pincées de Gomme arabique, je laissai boiillir le tout à petit feu pendant deux ou trois heures; je fis ensuite relaver avec de l'Eau tiède toutes ces

* *Maniere de preparer la Soye des Araignées.*

Plures hujusmodi collegi tunicas, quas ;
 escusso prius cum manibus, tum bacillis
 pulvere ; tepidâ sapius aquâ lavavi,
 deindè in vase unâ cum sapone, salipe-
 trâ, & aliquot Gummi arabici digito-
 rum captibus reposui, ibique eas duarum
 aut trium horarum spatio lento igne
 decoxi, iterumque ne quid saponis inha-
 reret tepidâ aquâ lavavi, exsiccavi,
 & digitis confricatas mollieres reddidi,
 ac demùm solito Serici carminatori tra-
 didi, datis tamen antè, quibus uteretur,
 mollioribus instrumentis : hac arte Seri-
 cum habui cinerei coloris, peculiaris, ac
 proprii, pulcherrimique ; ex eo facilè
 deducuntur Fila, quæ vulgaris Serici Filis

Coques d'Araignées pour en bien ôter tout le Savon ; je les laissai fêcher pendant quelques jours , & les fis ramollir un peu entre les doigts pour les faire carder plus facilement par les Cardeurs ordinaires de la Soye , excepté que j'ai fait faire des Cardes beauconp plus fines : j'ai eu par ce moyen une Soye d'un gris très-particulier , on peut la filer aisément , & le Fil qu'on en tire est plus fort & plus fin que celui de la Soye ordinaire , & tel que vous le voyez , ce qui prouve qu'on peut s'en servir pour faire toutes fortes d'ouvrages. L'on ne doit pas craindre qu'il ne soutienne toutes les secouffes des métiers , ayant résisté à celles des Faiseurs de bas.

* La difficulté se réduit donc maintenant à avoir un assés grand nombre de Coques d'Araignées pour en faire des Ouvrages considérables , l'utilité & la possibilité étant bien prouvées. La chose ne seroit pas difficile , si l'on avoit le moyen d'élever les Araignées

** Preuve pour convaincre que les Araignées fourniroient plus de Soye que les Vers à Soye , à cause de leur fécondité.*

*solidiora simul & molliora sunt cernitis ,
& ex iis quaecumque opera confici possunt ,
nec timendum ne inter manus artificum
abrumpatur , quando ab illis hæc tibialia
confecta sunt.*

*Cùm jam igitur & quàm nobis sint
utiles Araneæ , quàmque nostrum in usum ,
commodumque possint facile deduci pro-
baverim , id restat undè Aranearum
tunica eo numero haberi possint , quo ad
magna variaque opera opus est. Id ne-
quaquam esset arduum , si ratio comperta
esset , quâ ut Bombyces , sic Araneæ ali,
educarique possent ; nam longè fecundiores*

comme les Vers à Soye, elles multiplient beaucoup plus, & chaque Araignée pond six ou sept cens Œufs, au lieu que les Papillons des Vers à Soye n'en font qu'une centaine ou environ; encore faut-il en rabattre plus de la moitié, parce-que ces Vers sont sujets à quatre maladies & si délicats qu'un rien les empêche de faire leurs Coques, tout au contraire les Œufs des Araignées éclosent sans aucun soin dans les mois d'Août, & de Septembre, quinze ou seize jours après avoir été pondus, & celles qui les ont faits, meurent dans quelque tems; pour les petites Araignées qui sortent de ces Œufs, elles vivent dix à onze mois sans manger & sans diminuer, ni grossir, se tenant toujours dans leurs Coques jusqu'à ce que les grandes chaleurs les obligent de sortir, & de chercher leur nourriture. La raison Phisique qu'on peut donner de cela est naturelle, tous les Insectes & plusieurs autres Animaux, comme les Ours, les Serpens, les Marmotes, &c. qui se cachent pendant l'Hiver, abondent en

sunt : siquidem sexcenta aut septingenta ova emittunt Araneæ singulae, dum singuli Bombycum Papiliones vix centum emittunt, ex quo etiam numero plus quàm dimidia pars adimenda est, cum Vermes illi pluribus morbis obnoxii sint, minimâque re impediuntur ne tunicas elaborent. E contra Aranearum ova quindecim aut sexdecim tantum nata diès nullâ curâ, nullâ ope, propriâ vi excluduntur mense Augusto, & Septembri, quibus exclusis brevi mater interit : recens autem ortæ Araneolæ decimum, aut undecimum sine alimentis trahant mensem, suisque incluse tunicis impactæ perdurant, nec minores aut grandiores fiunt, donec æstatis summo calore hinc exire victumque querere coguntur. Ratio Phiscia hæc est: Insecto cuicumque & plerisque etiam aliis animantibus, quales Ursi, Serpentes, Mures montani, &c. quos nunquam hibernus Sol vidit, maximè lentus, glutinosus, motuque difficilis humor inest, quo sese sustentari Solent nullâ per hyemen spirituum factâ amissione aut diminutione; cum autem Sol æstivus advenerit, illumque humo-

matiere glutineuse très-difficile à mettre en mouvement : de sorte qu'il n'est pas extraordinaire que les petites Araignées puissent vivre pendant le froid de leur propre substance , ne faisant aucune dissipation d'esprits , mais la chaleur venue elle met en mouvement cette matiere , & force les petites Araignées à filer & à courir d'un coté & d'autre pour chercher de quoi vivre & à peine mangent-elles qu'on les voit grossir de jour en jour.

L'on peut donc tirer une consequence sûre , que si l'on trouvoit le moyen de nourrir dans des chambres de petites Araignées , on auroit beaucoup plus de Coques de cet Insecte , que de celles de Vers à Soye , ayant toujours vû que de sept , ou huit cents petites Araignées , il n'en mouroit presque point dans une année , & qu'au contraire de cent petits Vers à Soye il n'y en avoit pas quarante qui fissent leurs Coques.

Une difference aussi grande & aussi considerable excitera sans doute assez la curiosité des amateurs des Arts &

rem commoverit , tunc Aranea & fila
deducere cernuntur.

Hinc sequitur longè plures Aranea-
rum , quàm Bombycum tunicas fore , sè
in cubiculo possent educari , ex his enim ,
ut notavi , magno numero vix ulla mo-
ritur , ex Bombycibus verò nec media
pars vivit aut ad laborandi tempus per-
venit.

Hoc tanto discrimine phisicorum sanè
acuetur industria & festinatio quadam ,
ac certamen aliquod fortè orietur , ne

des Sciences, pour les faire empressez de trouver la maniere d'élever ces Insectes. Voici, en attendant qu'un heureux hazard ou l'application nous favorisent d'un secret si utile, les moyens dont je me suis servi pour avoir beaucoup de ces Coques que je propose aux curieux qui voudront faire la même experience que moi.

* Je donnai ordre qu'on m'apportât toutes les grosses Araignées à jambes courtes qu'on trouveroit dans le mois d'Août, & de Septembre; je les enfermai dans des cornets de papier, & dans des pots, je couvris ces pots d'un papier que je perçai de plusieurs coups d'épingles aussi bien que les cornets, afin qu'elles eussent de l'air; je leur fis donner des Mouches, & je trouvai quelque tems après que la plûpart y avoient fait leurs Coques: en voici les pièces justificatives.

J'en eus encore plus aisément en promettant de payer la livre des Coques d'Araignées sur le même pied qu'on vend la Soye ordinaire. L'attrait

** Manière de ramasser beaucoup de Coques d'Araignées.*

quo educentur Aranea modus lateat ;
quem modum donec aut studium inve-
nerit , aut fors aliqua nobis objecerit ,
interim undè plures mihi ejus modi
tunicas comparaverim exponam , si qui
fortè eandem insistere viam , idemque
experiri velint.

Araneas omnes , quæ brevioribus
instructæ pedibus mense Augusto aut
Septembri possent colligi , ad me de-
ferendas curavi , quas singulas tum
cartaceis Cucullis , tum vasis papyro
coopertis conclusas servavi , papyro tamen,
quò faciliùs aër admitteretur , variis
locis spinularum acumine perforatâ ,
plures eis in escam Muscas posui , donec
eas , ut interdum solebam , revisens ,
has , quas hîc ostendo , tunicas suspensas
inveni.

Plures prætereà collegi , eodem Ara-
nearum tunicis pretio ac Bombycinis
posito ; hinc enim factum , ut spe lucrî
undique. Mihi afferentur , & faterentur ,
qui afferebant , se non magno labore

du gain fit qu'on m'en apporta beaucoup en peu de tems ; on m'assura même qu'on n'avoit pas eû grand peine d'en trouver , & que s'il étoit permis d'entrer dans toutes les maisons , où l'on voyoit de ces Coques d'Araignées aux fenêtres , ils m'en fourniroient autant que j'en voudrois. Il est facile de conclure qu'on en trouveroit assez dans le Royaume pour en faire de grands ouvrages , & que la nouvelle Soye que je propose est moins rare & moins chere que n'étoit la Soye ordinaire dans son commencement ; d'autant mieux que les Coques d'Araignées rendent à proportion de leur legereté plus de Soye que les autres : En voici la preuve , treize onces en donnent près de quatre de Soye nette , il n'en faut que trois pour faire une paire de Bas au plus grand homme , ceux-ci ne pesent que deux onces & un quart , & les Mitaines environ trois quarts d'once , au lieu que les bas de Soye ordinaire pesent sept à huit onces.

Voilà certainement une grande uti.

has invenisse, longèque plures inven-
 turos, si tecta omnia, in quibus abun-
 dant, adire licuisset: undè constat eà
 copià in regno reperiri posse, quæ satis
 esset ad magna opera, atque adeò novi
 hujus Serici non tantam esse penuriam
 pretiumvè quàm alterius cùm primùm
 innotuit. Cùm præterea Aranearum
 Tunica longè plus Serici eodem pondere
 quàm Bombycina afferant, nam ex
 tredecim tunicarum unciis quatuor ferè
 puri Serici capiuntur, earumque tres
 satis sunt ad tibia cujuscumque proce-
 ritatis homini conficienda. Hæc autem
 quæ cernitis duas tantùm unicas aut
 paulò plus ponderis habent, manica ne
 integram quidem unciam pendent, cùm
 Bombycina tibialia aut novem aut octo
 unciarum pondo sint.

Habetis ergò quàm utile hoc nobis

lité qu'on peut tirer d'un Insecte que le Public a toujours regardé comme très-incommode & très-dangereux par son venin. Je puis assurer néanmoins que les Araignées ne sont pas venimeuses ; j'en ai été mordu fort souvent, sans qu'il m'en soit arrivé aucun mal. Pour leur Soye bien loin d'avoir du venin, tout le monde s'en sert pour arrêter le sang, & fonder les coupures ; en effet son gluten naturel est une espece de beaume qui guerit les petites playes, en empechant l'air d'y entrer.

De si bonnes raisons devroient suffire pour faire cesser la crainte, & l'aversion qu'on pourroit avoir de mettre en usage la Soye des Araignées ; mais il est nécessaire en finissant ce discours d'y en ajoûter d'autres si fortes & si solides que les plus opiniâtres conviendront facilement, que les Araignées sont de tous les Insectes ceux qui meritent le moins la haine publique.

Leur Soye est utile non seulement par rapport aux ouvrages qu'on en peut faire ; son utilité est encore plus

possit esse Insectum, quod hactenus ut molestum, sic maximè & veneno infestum putavimus, quamquam veneno careant, ut sæpè expertus sum ab iis punctus, nec tamen ullo indè damno affectus. Sericum autem tantùm abest ut venenosum sit, ut è contrà ad sistendum sanguinem, scissurasque conjungendas eo utamur. Naturali enim glutine abundat, quo quasi opobalsamo quodam minora, aère intercluso, solidantur vulnera.

Hæc certè tam solida validaque argumenta plusquam satis esse deberent, ut omni in posterum odio, simul ac timore deposito, Aranearum Serico elaborando manus nostras adhibeamus; sed in hoc orationis exitu ea libet addere, quibus vel pertinacissimi fateri cogantur Araneas cæteris Insectis minùs graves atque odiosas esse debere.

Harum Sericum non modò ad faciendos pannos utile est, sed plus longè utilitatis habet, si ea spectantur, quæ

grande & plus essentielle par rapport aux Remedes spécifiques qu'on en peut tirer. * Elle fournit en la distilant une grande quantité d'esprit, & de sel volatile; j'ai vû par la comparaison, que j'en ay faite, qu'elle en donnoit pour le moins, autant que la Soye ordinaire, qui est de tous les Mixtes celui qui en donne le plus. Ce Sel & cet Esprit volatile qu'on tire des Coques d'Araignées est très-actif; on en jugera par les * experiences suivantes: il change en un beau verd d'Emeraude la teinture des fleurs de Mauve, il congele & reduit en une espee de Neige la dissolution du Sublimé corrosif, au lieu que les Alkalis volatiles qu'on tire du Crane humain, de la corne de Cerf & de plusieurs autres Mixtes, ne font que la blanchir ou la rendre laiteuse, ainsi le nouvel Alkali que je propose employé de la même maniere que celui qu'on extrait des Coques des Vers à Soye pour faire les Goutes d'Angleterre si renommées

** Esprit & Sel Alkali volatile qu'on tire de la Soye des Araignées.*

** Elles ont été faites sur le champ.*

hing

hinc erui possint præstantissima ac propè
 unica remedia ; ex epis succo cùm exprimi-
 tur magna colligitur spirituum copia, salis-
 que volatilis copia, in quam non minor, ut
 ipsâ experientia, didici, quàm ex Bomby-
 cino Serico, quod tamen cæteris Mixtis hæc
 in parte abundantius est. Hoc volatile
 sal Aranearum in primis actuosum est,
 comperta res hujusmodi experimentis.
 illius vi malvacens color in viridem
 Smaragdo similem transmutatur, conge-
 latur, & in quamdam veluti nivem ab
 rodentis veneni & Mercurio & sale
 Armoniaco excoctis dissolutio, cætera verò
 alia quæ tum ex humano Cranio, tum
 ex Cervi cornibus aliisque omnibus Mix-
 tis educuntur, eam candentem tantum,
 aut lacteam efficiunt quocircà novum
 illud, quod propono, Alkali haud qua-
 quam inferius erit illo alio quod ex
 Bombycum tunicis elicitor, atque ex illo
 celeberrimæ Anglicanæ Gutta conficiun-
 tur, sic ex isto comparabuntur etiam
 Gutta, quas meritò Monspelienses nomi-
 nabimus. Nec dubitari potest, quin ista,
 ob majorem vim & virtem, feliciùs quàm
 alia adhibeantur in lethargiâ, apo-

dans l'Europe , * peut servir à composer de nouvelles Gouttes qu'on peut appeller avec raison , *Gouttes de Montpellier*. On ne doit pas douter qu'on ne s'en serve avec un plus heureux succès que des anciennes , dans l'Apoplexie , dans la léthargie & dans toutes les affections soporeuses à cause de leur grande activité. On les prendra même avec moins de rebut , parce que leur odeur est moins fœtide & moins désagréable. Je ne m'étendrai pas davantage sur cette matiere ; je laisse à Messieurs les Medecins & à Messieurs les Chimistes de notre Societé , le soin de chercher les autres usages , que les Coques d'Araignées , & les principes qu'on en tire par l'analise chimique , peuvent avoir dans la Medecine.

** Gouttes semblables à celles d'Angleterre.*

F I N.

plexiâ , caterisque soporiferis corporis affectionibus aut sanandis , aut sublevandis. Præterea cum saporis longè minus fœtidi , ac injucundi sint , minori quoque fastidio sumi poterunt , sed his, aliisque non immorabor , satius duco nostræ Societatis medicis ac chemicis discutiendum relinquere , quos alios usus Aranearum tunica , quæque ex ipsis per analysim chemicam educuntur principia , arti medica suppeditare valeant.

F I N I S.





ANALISE CHIMIQUE
DE LA SOYE

D'ARAIGNÉE;

A VEC la maniere de composer les Gouttes appellées Gouttes de Montpellier, & celle de s'en servir dans plusieurs Maladies.

Par Monsieur BON, Premier Président en la Cour des Comptes, Aydes, & Finances de Montpellier.


 ES Gouttes d'Angleterre, qui ont fait un si grand bruit dans le monde, ont été inventées par M. Lister, Medecin du Roi d'Angleterre Charles II. L'on croyoit ce Remede beaucoup plus composé qu'il ne l'est, avant que M. Tournefort celebre Medecin de Paris, & le plus fameux Botaniste de notre tems,



CHIMICA
SERICI ARANEARUM
ANALISIS;

*CUM Methodo Guttas Monspelienses
dictas parandi, easdemque pluribus in
morbis adhibendi.*

A D. D. BON Monspeliensis com-
putorum, subsidiorum, fiscique
Regii Curiae Proto-Prefide hono-
rario.



ANGLICANÆ Gutta, qua
per orbem tantoperè jactata,
D. Listerum Regis Angliæ
Caroli II. archiatrum inven-
terem habent. Id remedii genus intri-
catori, quàm res ipsa est, apparatus
conflari, censebant vulgò, prius quàm
abditam hujus genuinam indolem dete-
xisset percelebris Parisiensis Medicus,

en eût découvert le secret , il le rendit public en le communiquant à l'Academie Royale des Sciences de Paris , tel qu'on le voit imprimé dans les mémoires de cette Academie.

C'est en lisant ce Mémoire que j'ai pensé que les Coques d'Araignées pourroient contenir des esprits volatiles à peu près semblables à ceux qu'on tire des Coques des Vers à Soye ; j'ai cru donc qu'il étoit nécessaire de faire l'Analyse chimique de ces Coques, pour rendre ma découverte aussi utile qu'agréable, & j'ai vu avec plaisir que je ne m'étois pas trompé, puisque j'ai tiré de cinq onces de Coques d'Araignées cinq dragmes de Sel Alkali volatile, plus actif que ceux qu'on tire des autres Mixtes ; voici de quelle maniere il faut distiller cette nouvelle Soye.

Faites ramasser une quantité suffisante de Coques d'Araignées, & même des Toiles (car elles contiennent comme les Coques, les mêmes sels, & les mêmes esprits volatiles, mais en moin-

nec non *Botanicorum avi nostri Princeps Turnefortius*: arcanum istud protulit in apricum, *Regiæ Scientiarum Academia* impertiendo, quale typis consignatum legitur in *ejusdem Academiae monumentis*.

Cùm hoc *Turnefortii scriptum* pervolverem, mentem subiit, in *Aranearum Serico spiritum volatilem*, non multùm à *Bombycini Serici volatili spiritu* abundentem, fortè delitescere. Opera igitur prætium duxi primum illud *Sericum* *chimica Analysis* mandare, ut tam utile, quàm jucundum evadere posset inventum, nec inani spe lactatum fuisse, letus comperii, cùm ex *Serici Aranearum unciis quinque*, *salis Alkalini volatilis*, quocumque ex aliis *Mixtis* prolicito, *vividioris totidem drachmas* eduxerim. Ecce quâ ratione destillandum sit novum istud *Sericum*.

Aranearum tunicarum, imò & *telarum* (eosdem enim spiritus ac sales volatiles, sed parcius in sinu suo fovent) sufficientem collige copiam; ritè mundentur omnia, vitrea dein ac probè loricata

